



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Aula Dei. 28

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

DOMVS SAPIENTIAE.

Virgo dicitur Domus sapientia.
Prouerb. 9. Iudaeus. Bernard.
Pet. Dam.
Hieron.
And. Cret.
Georg. Nic. Bonauen. Psalm. 92.
Genes. 28.
Cap. 7.
Isa. 2.
Ezech. 43.
Cap. 7. Bonauen.
Per Virginem dona Spiritus S. quaram. Pro. 9.
Isa. 11.

Hæc propter Verbi inhabitationem cum carnem suscepit dicitur Domus, quam sapientia ædificauit sibi, in qua excidit columnas septem, immolauit victimas suas; miscuit vinum, & proposuit mensam Proverb. 9. De Deipara enim id explicat Iudaeus ser. 3. de Assumpt. & Bernardus sermone 9. ex paruis. *Quid est, inquit, in ea septem columnas excidere, nisi ipsam sibi dignum Habitaculum fide, & operibus preparare.* Petrus Damianus sermone de Natiuitate similiter de Virgine exponit, quam dicit esse Domum columnis septem sustentatam, septem scilicet donis Spiritus sancti dotatam. Hieronymus in Isa. 3. & lib. contra Heluidium, vterum Deiparæ vocat sacri ventris hospitium, cuius nouem mensibus habitator fuit Iesus Andreas Cretensis orat, in salutatione Angel. consecratum vocat Regis Palatium, vnicum illius, qui nusquam capitur, habitaculum. Georgius Nicom. orat. de oblat. Domum gloriosam vocat. Similiter Bonauentura in speculo c. 8. de ea vult dici psalm. 92. *Domum tuam decet sanctitudo Domine.* Et Patriarcha Iacob. Genes. 28. de eadem pronunciauit: *Non est hic aliud, nisi Domus Dei, & Porta Cæli, de quo nos fatus c. 7.* Ad hanc domum in monte Domini, atque ad eam ab omni fluiorum inundatione, & hostium incursione tutam nos inuicem inuitare debemus iuxta illud Isa. 2. *Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Iacob:* de qua Domo pulchre Ezech. 43. *Hæc est lex Domus in summitate montis, omnis finis eius in circuitu sanctum sanctorum est;* omnia enim Virginis sanctissima sunt, quod vberius cap. 7. ostendimus. Nec illud prætereundum, quod Bonauentura docet in speculo cap. 6. agens quo modo per Virginis preces ad septem Spiritus sancti dona, quibus hæc Domus fulcitur aspirare possimus; sic enim ait: *Spiritus sanctus Mariam per Domum conuenientissimè signauit, quam sibi sapientia increata cum septem columnis septem donorum Spiritus sancti excellentissimè ædificauit.* Quisq; ergo columnas Spiritus S. ceperit desiderare, ipse formam colunarum in ista Domo poseri inuenire, quæ pro columnis huiusmodi debet cum magnis desiderijs, & precibus conuenire. Similiter quicumque septiformem Spiritus S. gratiam adipisci desiderat, ipse florem Spiritus S. in virga querat; Per virgam enim ad florē, per florē ad spiritū in ipso requiescentem peruenimus. Per Mariā ad

Christum accedimus, & per Christum gratiam Spiritus sancti inuenimus, propter quod ben. Mariam alloquens B. Bernardus, ait, Per te accessū habeamus ad filium, & benedicta inuentrix gratia, Genitrix vita, Mater salutis, ut per te suscipiamus nos, qui per te datus est nobis. huculque Bonauentura.

27 Eadem Virgo sanctissima ob eximium puritatis candorem, & insignem virtutum soliditatem ac pretium inæstimabile ab omnium asperitate, & obscuritate tersum, atq; politum psal. 44. sub domorum eburnearum nomine exprimitur, à quibus prodierunt vestimenta Messæ, id est sacratissima Christi humanitas vestimenti nomine significata, vt videre est Isa. 63. illis verbis: *Quare rubrum est indumentum tuum?* vt Tertullianus exponit lib. 4. contra Marcionem, & apud Apostolum Philip. 2. *Habitu inuentus vt homo:* habitum enim hic significare vestimentum docet Augustinus lib. 83. quaest. 73. quod plenius cap. 8. ostendimus. Hæc (inquam) Christi humanitas sub vestis metaphorā omnium gratiarum virtutumque præstantia, quasi pretiosorum aromatum odore redolens ex Virgine est deprompta, ait enim David in spiritu ad Christum; *Myrrha, & gutta, & castia à vestimentis tuis à domibus Eburneis, quare mirum non est, si hæc vestimenta ita sua uolentia domibus eburneis, id est Virgini, à qua sunt desumpta, & in quam diu fuerit reposita, tantam omnium virtutum fragrantiam impertierint.* illud quoque quod sequitur: *Ex quibus (nimirum domibus eburneis) delectauerunt te filia Regum in honore tuo;* optimè ijs, quæ de Virgine dicimus, congruunt: quasi dicat; Animas fideles, præferim Virgines, per filias Regum significatas, in his domibus, hoc est sub exemplo, & patrocinio Deiparæ degentes, delectatione, ac voluntate castissima ipsi Messæ placituras, in eius honorem sua omnia dirigentes. De magnitudine porro huius Domus. Methodius oratione in hypapante cum Virgine loquens: *Celeberrimè, inquit, Propheta nos erudiens, quam prorsus sus incomprehensibilis, ait: Quam magna est Domus Dei, & ingens locus habitationis eius; magnus, & non habet finem; excelsus, & immensus.* hæc ille.

AULA DEI.

28 **H**æc est Aula Dei amplissima, de qua *Virgo dicitur Aula Dei. Beata*

Bernard.

Domus eburnea Maria.

Isa. 63. Tertull.

Philip. 2. Augustin. Cap. 8.

Psalm. 44.

Method. Barnab.

Officium *Beata Maria Virginis in qua habitares, eligere dignus es.* in hac Aula iubemur adorare Deum Psalm. 95. ubi eam legimus: *Adorate Dominum in atrio sancto eius:* in Psalterio Romano, ex cuius versione in Breuiario de sumptis sunt fere Antiphonæ, & versiculi; habitus: *Adorate Dominum in Aula sancta eius,* quod in versiculis Officii Epiphaniæ crebro canitur, quare Ambrosius de instit. Virg. cap. 7. Dei Aulam eam vocat, *Mirum non est,* inquit, *praeter ceteros Ioannem locutum fuisse mysteria divina, cui praesto erat Aula caelestium Sacramentorum.* Idem epist. 79. *Aulam Regis aeterni,* & epist. 82. in fine Aulam regalem nominat. Arnobius in Plat. 14. eam virginem Aulam dicit. S. Fulgentius sermone de sancto Stephano, Christum ait trabea carnis indutum, de Aula veri virginis egressum. Et Augustinus serm. 17. de Natali Domini virginalem Aulam, & in lib. de Assump. Aulam Regis aeterni vocat. Anselmus de excel. Virg. in cap. 1. & 3. appellat Aulam, in qua Deus corporaliter habitaturus erat Chrylippus homil. de Beata Maria loquens cum Christo, *Surge Domine in requiem tuam; tua enim requies est virgo, & veteris tuae requies, quae tibi Cubile efficitur, & habitatio, ita Chrylippus. Bonaventura in speculo Beatae Virginis cap. 8. Maria, inquit, singulariter tam corpore, quam anima, est Aula Domini, & Ecclesia in quadam oratione sic Deum precatur, Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriae Virginis Mariae corpus, & animam, ut dignum filij tui HABITACULUM effici mereretur, Spiritu sancto cooperante preparasti, &c.*

Thalamus Sponsi.

29 *H*æc Psalm. 18. est Thalamus Sponsi, ex quo ipse Christus, tamquam Sponsus proceffit, & ita illam appellat Augustinus sermone 2. de Annunciatione, & sermone 14. de Nativitate Domini. Epiphanius sermone Psalm. 18. de Laud. Deiparæ, & de ea exponit locum psalmi citatum. Chrysostomus oratio. in Annunciatione. Deum loquentem Gabrieli inducit his verbis, *Abi, inquit, ad Thalamum Divinae humanitatis meae; ubi ad cubiculum ortus mei secundum carnem.* Augustinus tractatu primo in primam Ioannis, illius Sponsi, inquit, Thalamus fuit veteris Virginis, quia in illo vero virginali concubitu sunt duo, Sponsus, & Sponsa, Sponsus, Verbum, Sponsa, Caro, quia Verbum

Caro factum est. sic ille Proclus Patriarcha Constantinopolitanus de Deipara, *Hæc, inquit, Thalamus est, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsavit.* Thalamum appellavit Bernardus sermone de Adventu Anselmus de excellent. Virginis capit. 1. & Andreas Cretensis in oratione in salutationem Angelicam, *Gaude, inquit, Thalamus, in quo sibi Christus humanitatem Sponsam aduenxit.* Sanctus Antoninus 4. part. tit. 15. c. 21 § 1. Veterum virginalem Thalamum Sponsi vocat Cyprianus serm. de Christi Natiu. loquens de Deipara, *Spiritus sanctus, inquit, sanctimonia Thalamum honorabat.*

Proclus.

Bernard. Anselmus.

S. Anton.

LIBER GRANDIS, NOVVS,
& obfignatus.

Hæc est liber grandis Isa. 8. quin etiam novus iuxta septuaginta, in quo scriptum est stylo hominis, *Velociter spolia deirahæ, cis prædare.* De quo Andreas Cretensis oratione 2. de dorm. loquens cum Deipara, *Tu es, inquit, Liber verè viuis eius, qui in te tacite fuit inscriptus. Verbi paterni, unico calamo spiritus. Tu sola verè es novi Testamenti volumen à Deo scriptum, quod Deus ante fecit cum hominibus.* Ita Andreas. Et Damascenus oratione 2. de dorm. vocat eam volumen novum, in quo ineffabiliter Deus Verbum sine manu scriptum fuit Idem oratione 1. de Natiu. *Hoderno dicitur, qui omnia efficit Deus Verbum, quod Pater è pectore eruènti, Librum novum condidit Dei lingua à spiritu, tanquam calamo quodam in ipso consecrandum; qui quidem homini litterarum perito datus est, nec tamen ab eo legitur: Neque enim Ioseph Mariam cognovit, neque ipsius mysterii potentiam.* hæc Damascenus Georgius Nicomed. in oratione de oblat. Deiparæ, ad ipsam illud Isaie 29. reicit: *Eam, inquit, indicavit Liber obfignatus, quem nullus legit sciens litterarum; præter eum, qui obfignatus est serva vii supra rationem, cum charta significavit purissima, in qua Verbum sine scriptis impressum scilicet frandis chyrographum.* hæc Georgius Ephrem. ubi Ephrem oratione de laud. Deiparæ, ad legis tabulas spectans, vocat eam tabulam scriptam, legem mortalibus afferentem, & chartam divinissimam Eusebius Cæsariensis lib. 7. de demonstr. Euangel. cap. 3. *Novus, inquit, Liber de Adventu Dei, qui continet natalia Christi filij prophetis Maria, S. Antonin. 4. p. tit. 15. cap. 5. S. Antonin beatam*

Virgo liber scriptus Isa. 8. est Christus. Andr. Cret.

Damasc.

Georg.

Nico.

Ephrem.

Euseb.

S. Antonin

H